



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

crimen cum Christiana perpetraverint, eadem, qua Christiani, plebetti sunt P. Fiehard. relatus in Syntag. opin. commun. to. 1. tit. 30. de 5 Iudeis cap. 4. Christianus vero cognoscens Iudeam, vel Saracenam capitali pena plectendus est, si eut Sodomitæ, & ij, qui cum brutis nefariè coeunt secundum Bonifac. de Vitalin. in tit. de Raptor. in fin. quem refert, & sequitur Graff. par. 2. lib. 2. cap. 23. num. 37.

6 Quares 2. qua pena puniantur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudeis Christianam fidem abnegarunt?

Resp. quod si sponte comparuerint, & dicant, se adhuc fidem corde retinuisse, tunc abiurant ut vehementer suspecti, & alię pœnitentia salutares iniunguntur, exceptis pueris, rusticis, feminis, & alijs similibus personis, qui propter eorum simplicitatem solent abiurare de leui; si vero fatentur, se verè fidem abnegasse, hoc casu ut formales heretici abiurant, & grauiores pœnitentia imposuntur. Geniens in Prax. Archiep. cap. 68. num. 12. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 3. ubi citat Aloys. Bariol. in Aphor. lit. P: ver. Pueri §. 2. Pegg. in Direct. Inquis. par. 2. comm. 59. Ricciull. de Iur. person. lib. 6: cap. 5. numer. 7. & seq.

Sed si non sponte comparuerint, & confiteantur facta apostatica absque intentione abnegandi fidem, super intentione torquentur: & si post torturam legitimè adhibitam in negativa perfistant, abiurant similiter ut vehementer suspecti: si vero intentionem pra-

uam confiteantur, tamquam formales heretici abiurant, & ultra abiurationē puniuntur arbitrio Iudicis, qui considerare debet qualitatem metus illati, & personæ delinquentis, ut d. Pegg. loco cit. & alij apud Dian. ubi supra ref. 3.

## S V M M A R I V M.

- 1 Iniuria illata clericis an sit mixta fori.
- 2 Quādo clericus possit pro sua, vel suorum iniuria absque irregularitatis metu agere coram Iudice sacerulari.
- 3 In quo casu cestet actio iniuriarum.
- 4 Iniuria unī facta toti familie, tōtique agnationi facta censetur.
- 5 Illata iniuria unī de collegio, vel universitate quando possit agere Universitas, vel collegium nomine proprio.
- 6 Iniuria quibus modis fiat.
- 7 Inferens iniurianz qualiter plectendus.
- 8 Si non appareat, quis nam coparet iniurias dicere, neuter de iniuria tenetur.
- 9 Quid si inter plures homicidium committatur unico vulnere, & ignoretur, quis occiderit.
- 10 An veritas coniūti excusat ab iniuria.
- 11 Clerici laicos iniuriantes quomodo debeant eis satisfacere.
- 12 Quando Iudei possit cognoscere de iniuria sibi illata.
- 13 Qua pena multandus sit qui alapa percudit Potestate.

CAP.

